



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

XXVI. Sacramenta apud Carisiacum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

99 ANNO CHRISTI 818 Capitularia KAROLI CALVI 100

vobis bene videtur, & nobis inde auxilium vultis praestare, ut hoc possimus cum Dei adjutorio & vestro observare.

ADVENTIATI HLOTHARII.

Sicut meus avunculus vobis dicit, quantum Deus mihi scire & posse donaverit, & in illa firmitate cum senior meo facta in qua me suscepit, & quam senior meus contra illum fecit, volo perseverare, & illam quam contra eum feci cum Dei adjutorio volo firmiter observare.

ITE M ADVENTIATI  
KAROLI REGIS.

Volumus vos scire quia propteristas rapias & deprædationes quae in regno nostro increverunt, ex parte quia pagani nobis supervenerunt, ex parte pro talibus occasionibus quae in regno nostro acciderunt, synodus Episcoporum & aliquantos de nostris fidelibus pro opportunitate temporis convocavimus, & consideravimus cum ipsis ut per omne regnum nostrum Episcopi & Missi nostri ac Comites in singulis parochiis ac comitatibus placita teneant, & ad illa placita omnis homo qui placitum custodire debet, & in illis comitatibus commonet, sine exceptione & excusatione conveniat. Et Episcopi omnibus demonstrent quām grave hoc peccatum sit, & qualem penitentiam querit, & qualem damnationem, nisi penitentia succurrerit, adquirat. Et Missi nostri capitula legis & antecessorum nostrorum de hoc omnibus ostendant, & tantam miserationem interdicant. Et sciant omnes quia quisunque abinde talia facere præsumperit, & canonicam & regalem vindictam

suscipiet, sicut tunc omnibus & Episcopi & Missi nostri plenius adnuntiabunt.

ITE M  
ADVENTIATI HLOTHARII.

1. Sciatis etiam quia consideravimus ut quicunque malefactor de uno regno nostro in alterum venerit, Episcopus vel Missus sive Comes de quorum ministerio effugerit ut iustitiam non reddat aut dignam vindictam non sustineat, illis Missis in quorum missatrici in alio regno fugerit notum facient, & ipsi illum taliter constringant ut aut ad compositionem aut ad vindictam illuc reveniat ubi malum perpetrativit.

2. Et sciatis quia sicut Deus per suam misericordiam, & per mei avunculi bonitatem, & per mei senioris ac meorum fidelium adjutorium, meo seniori in regno successi, ita & in omni bonitate & in observatione de illis capitulis quos meus senior cum suis fratribus meis avunculis ad Marsiam de Dei voluntate & sancte Ecclesiæ honore & regni stabilitate & sancte Ecclesiæ ac regni fidelium salvamento consideravit & confirmavit, cum Deiadjutorio & mei avunculi consilio & auxilio & vestro adjutorio permanere volo.

TERTIA ADVENTIATI  
KAROLI.

Deus omnipotens nobis donet ut vestram fidelitatem & vestrum adjutorium, que semper contra nos cum omni barnatu demonstratis, vobis si merere possimus sicut antecessores nostri vestris antecessoribus in bono meruerunt, & nos vobis cum omni bonitate volumus commerere.

TITVLVS XXVI.

Sacraenta apud Carisiacum.

ACTA SVNT HÆC SEQVENTIA APVD  
Carisiacum palatum anno incarnationis dominice DCCCLVIII, regni autem Domini Karoli XVIII. Indictione VI. XII. Kal. Aprilis in Dei nomine feliciter.

SACRAMENTVM FIDELIVM.

Fragmenta  
epistoliar.  
Hincmarii  
c. i. pag.  
849.

**Q**uantum sciero & potuero, Domino adjuvante, absque ulla dolositate aut seductione, & consilio & auxilio

secundum meum ministerium & secundum meam personam fidelis vobis adjutor ero ut illam potestatem, quam in regio nomine & regno vobis Deus concessit, ad ipsius voluntatem & ad vestram ac fide-

hum vestrorum salvationem cum debito & honore & vigore tenere & gubernare possitis. & pro ulla homine non me inde retraham, quantum Deus mihi intellectum & possibilitatem donaverit.

SACRAMENTVM REGIS.

Et ego, quantum sciero & rationabiliter potero, Domino adjuvante, unumquemque vestrum secundum suum ordinem & personam honorabo & salvabo, & honoratum ac salvatum absque ulla dolo ac damnatione vel deceptione conservabo, & unicuique competentem legem & iustitiam confervabo. Et qui illam necesse habuerit, & rationabiliter petierit, rationabilem misericordiam exhibeo, sicut fidelis Rex suos fideles per rectum honore & salvare & unicuique competentem

legem & iustitiam in unoquoque ordine conservare & indigentibus & rationabili-  
ter pertentibus rationabilem misericordiam  
debet impendere. Et pro nullo homine ab hoc, quantum dimittit humana fragi-  
litas, per studium aut malivolentiam vel  
alicuius indebitum hortamentum devia-  
bo, quantum mihi Deus intellectum &  
possibilitatem donaverit. Et si per fragili-  
tatem contra hoc mihi subreptum fuerit,  
cum hoc recognovero, voluntarie illud  
emendare curabo.

Hincmarus Archiepiscopus, Immo-  
Episcopus, Yrminfridus Episcopus, Hinc-  
marus Episcopus, Hilduinus Abba.

Hungarius, Engilramnus, Isenbar-  
dus, Odo, Obertus, Ratbodus, Hun-  
fridus, Odalricus, Rhodulfus, Engi-  
chalculus, Herluinus, Hitto.

TITVLVS XXVII.

Epistola Episcorum ad Ludovicum regem.

HÆC QVÆ SEQVNVTVR CAPITVL A MISERVNT  
Episcopi provinciarum Remensis & Rotomagensis à Carisiaco palat-  
io, quō convenerant, per VVenilonem Rotomagensem Archiepiscopum & Erchanraum Catalaunensem Episcopum Hludouico Re-  
gi in Attiniaco palatio consistenti anno incarnationis dominicae  
DCCCCLVIII. in mense Novembrio.

DOMNO HLUDOVICO REGI GLORIOSO,  
Episcopi Remorum dioecesis atque Rotomagensis, qui adesse potuimus.

CAP. I.

**L**itteras dominationis vestrae quique nostrum habuimus, quibus jussitis ut vobis VI. Kal. Decembr. Remis occurreremus, quatenus ibi nobiscum & cum ceteris fidibus vestris de restauratione sanctæ Ecclesiæ & de statu ac salute populi Christiani tractaretis. Sed nos ad placitum illud occurrere non potuimus, & propter incommoditatem & brevitatem temporis, & propter inconvenientiam loci, &, quod est lugubris, propter confusionem tumultus exorti. Sed & divinis legibus, quas & vos observaturos cum vestris fratribus nobis denuntiasti, cautum esse dinoscitur, quia sicut nec Archiepiscopi sine Coepiscopis, ita nec

Coepiscopi sine Archiepiscoporum con-  
senſu vel jussu, nisi quæ ad proprias per-  
tinent parochias, debent prælumere, &  
in tam angusto tempore Archiepiscopo-  
rum litteras non valimus de conventu ha-  
bere. Quapropter noverit vestra sublimi-  
tas quia mandatum vestrum nostra non  
contempnit humilitas; sed, sicut longè  
est ante nos dictum, qui jubet impossibile,  
facit se contemptibile.

I. I.

Sed & tractatum de restauratione sanctæ Ecclesiæ & statu ac salute populi Christiani, quod nunc vos nobiscum habere velle dicitis, justius & rationabilius illud haberri potuisset, si nostris, quin potius  
divinis consiliis & observationibus atque

G ij

Tom. I.